



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Brynolphus Ep. 6. Febr.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

6. Feb. VITÆ SANCTORUM. 95
verbo, & in AMANDI, & suas laudes
facundus. Non nemo quòd famam A-
MANDI lacerasset, carnificem dæmo-
nem sensit, suisque manibus laceratus
oppetiit. Alii qui mortem Divo machi-
nabantur, oculis amissis facinus suum, &
cum hoc, post preces illius, diem iterum
viderunt. Feminae quoque lucem resti-
tuit, cum primùm arborem illa aggressa
est excindere, quam divinis antè hono-
ribus (cæca utique) coluerat. Mortuum
Aldegundis virgo in cælum vidit deduci
ab obviâ candidatorum turbâ, audiitque
eos hos esse, quos verbis vitæque exem-
plis prior ipse cælo transmississet. Nimi-
rum hæc denique generosa indoles est,
hi digni homine spiritus, nolle solum, sed
cum comitatu, & clientelis cælum ingre-
di. *Ex Milo. Monacho.*

*Qui sperat in Deum, ac toto corde in ejus
gloriam luminum suorum defigit aspectum,
ad in sanissimas vanitates consecratos se-
mel Deo non debet oculos retorquere. S. Max.
hom. de Circumcis.*

S. BRYNOLPHUS EP. 6. Febr.

NAtales BRYNOLPHUS domi nobi-
les foris amplius nobilitavit. Lute-
tiam Parisiorum profectus egit Musas
inter ipsos duodeviginti annos, nec
invito Apolline. Siquidem hic do-
ctrinam ejus Scarenfi insulâ coronavit.
Tan-

Tantum abest, ut generis splendori ostendat Musarum commercium. Quin in literata huic insula armatam coronat Rex Magnus Ladelos submisit, quando BRYNOLPHO ad genua supplex palam descendit, & mensam adhibuit. Sed quid virtutis testem hominem adduco, cum calum habeam. Precantem ad tumulam BRYNOLPHI D. Brigitam suavissimi odores afflarunt. Mirante supervenit cum ipso BRYNOLPHO FILIOQUE MAXIMO MATER MAGNA, & HIS, (simul oculis digitoque BRYNOLPHUM loquebatur) *hic est, dixit, qui me dicit vixit, vitam chariorem habuit, Flosculum hunc tu ex odorum reliquiis; quas in terris reliquit, aestima. Et tamen (ad Filium hunc dicebat) gemma hac tumultu ignobili abditata pulchrius nitere prohibetur. Quin amplius colis, qui tantum te, tantum me coluit? Quid Matri Filius negaret? promissit tunc ossibus sacris eum honorem, quem postea ab altero Episcopo tulerunt. Ego quid hic exclamen? utinam me omnes audiretis MARIÆ Sodales! O quam pulchrum est digito Virginis monstrari! quam pulchrum dicier: Hic est!*
Ex Vite Aquilon. Ioan Vastor.

Celestis Pater probat muneribus charitatem: Filium se nescit, visceribus caret, naturam negat, ingratus est patri, qui auctorem vitæ suæ non placat obsequis,

6. Fe
ori off
in im
rona
quand
palam
d quid
, cum
tum
ittam
irant
? HO
M. A
simul
U M
dion
nitas
erit
hæc
bdi-
am
e co
mi-
em,
ant.
om
on-
r ?
ta-
t,
ui
s,
20

7. Feb. VITÆ SANCTORUM. 97
non devincit cultu, muneribus non honorat.
S. Pet. Chryf. ferm. 10.

S. THEODORUS M.

7. Februarij.

UNâ virtute Christianâ armatus
THEODORUS Centurio patriæ
terrorem draconem confecit. Et erat
hoc pugnis majoribus præludere: mon-
strum alterum majusque Licinius Imp.
imminebat. Hic sive quòd eam fortitudi-
nem in milite amaret, sive, quòd invi-
deret Christiano, ad se THEODORUM
evocavit. Quin, cum hic nuntiaffet, si
ad se ipse Imp. cum Diis suis accederet,
fore ut hos merito honore coleret, non
dubitavit Licinius, ut superstitioni vi-
rum tantum adderet, iter ad illum in-
stituere. Interea cælum pandi videbatur
THEODORO, atque inde prodire, qui
telis igneis dormientem configerent,
vox quoque ejusmodi allapsa: *Macte
animo Theodore; quando ego tibi adero.*
Facile sibi ipse THEODORUS hæc
somnia, sine alio augure, explicuit, vo-
cemque cæli classici instar habuit. Ita-
que cum manè Deorum signa è suo lara-
rio obtulisset Imp. velut adoraturus hæc
in adyta abstulit. Ibi ille & Iovis fulmen,
& Martis Palladisque hastas, & Veneris
faces Cupidinisq; arcus omnibus gigan-
tibus fortior solus fregit, & quia aurea
G erant